



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Elogia Patriarcharum, Et Christi Jesu Dei Hominis.  
Emanvelis Thesavri Patritii Taurinens. Et Aloysii Jvglaris è  
Societate Jesu**

**Giuglaris, Luigi**

**Francofurti, 1684**

50 Eliacim Iosiæ Filius. Iohas Iosiæ Filius. Revolutio.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38349**

Qui Juda, & Israele flammis expiato,  
Vanos Antistites suis met aris imposuit;  
Supposita Idolorum strue:  
Ut quale Numen colerent, ipsi sentirent.  
Mutatis igitur officiis,  
Adoletur qui adolebat, & ab idolis uruntur Vates.  
Quā victima nulla melior, quia nulla peior.

*Io Victor dicit Catus.*

Hic Principium Protomartyr,  
Novissimo incumbente Reipublicæ Fato,  
Irati Numinis telum ut frangeret, in se reflexit; (posuit.  
Dum impluentibus Ægyptiorum telis devotum pectus op-  
Sic ante Pharii Nechaonis os in quadrigâ confossus,  
Spiritum Tarraro formidabilem in Tyrannum efflavit.  
Nescio an occumbendo vicerit, an vincendo occubuerit.  
„Occumbit certè, non procumbit, quia sedens moritur.

Ira suo sanguine trabeatus,

Eodem curru Mortem in triumphum traxit;  
Et feretro pro Feretrio spolia sua defens,  
Ad Mausolæum, veluti ad Capitolium, processit.  
Primusque post obitum triumphavit.

*Io Victor, Io Paan, Io Triumphe.*

## ELIACIM & JOACHAS JOSIÆ FILII.

### REVOLVTIO.

Extremæ Regni tranquillitas extremam cladem minatur.  
Die inclinante grandior florescit Iris.  
Drevit ad summum Hebræa feliciras Josiæ nixa;  
Quo subducto universa corruit: invidente Asia Africâ,  
Quæ purpureo Mari divisæ, Judææ ruinis coivere  
Spectabat ad Eliacimum Regia dignitas,  
Hanc Joachas rapuit natu minor.  
Ali puer infelix! rapinam timebis  
Cur inauspicatum ad imperium involas,  
Unde mitior te natura seposuit, nascendi mora?  
Torpedo Judaicum sceptrum est: tangentes manus nodabit.  
Itaque ex secundo primus, ex primo postremus,

G. 3

Regnum

Regnum pervertit, quia prævertit.  
**H**unc Pharaon, à Fratre accitus, catenatum rapuit,  
 Ridente Ægypto mancipia redire ex Regibus,  
 Qui ex mancipientiis abierant Reges,  
 Ita post sedecim Soles quæ sita scepta;  
 Pòst tertiam Lunam amisit.  
**B**revi Regi spatiū, Tyranno longum, Civibus nimium,  
 Explevit igitur iras Eliacim;  
 Sceptro potius jam cariore, quia raptus.  
 Rediit ad illum insula, sed & insulæ fatum.  
 Aliis per Pharaonen imperat, illi imperat Pharaon,  
 Cui tribuit taxatur: hoc uno pretiosus.  
 Atque ut libertum se noscat, non liberum,  
**A**lio donatus nomine Joachim vocatur, non Eliacim,  
 Quid illi relinquunt, qui nomen cipiunt?  
 Regnum itaque sub Rege impetrat;  
 Cœlum idem sit impetrare quod amittere.  
 Egittamen Ægypto pro maleficiis grates,  
**D**um deformat Idolorum coloniam ex Ægypto traducit,  
 Polluit, quæ Pater sanxerat.  
 Uriam ferro, Jeremiæ librum rogo destinat;  
 Ferro destinandus, non rogo.  
 Immò ut dites ad Ditem trahat:  
 Gemmæ & annulis Dæmones includit: bis idola.  
 Nam gemmæ Dæmonum Filiæ, conceptio Dæmoni Ma-  
 tres sunt.  
**H**eu caro venales opes! quamdiu gemit has gemmas!  
 His annulis catena nectitur.  
 Hunc Nabucodonosor infido infidus,  
 Deceptum vinculis implicitus:  
**I**mplicitum ferarum specubus inclusus;  
 Inclusum ferarum facibus objecit.  
 Aliquis ergo prætereuntium dixerit,  
 Hic moritur Tyrannus præmortuo nomine?  
**Q**ui vivus jacuit in tumulo: mortuus vixit extra tumulum,  
 Hunc Matthæus à Christi Genealogiâ secuit,  
 Ne feram pro homine inficeret.

SEDI.